

regi invictissimo^b Bachalin^{c1} rex Tunisi^d cum recommendatione salutem.

Fama celsitudinis et rumor^e immense^f potencie vestre adeo per universa mundi climata divulgantur^g, ut christianorum et Sarracenorum potencia sub vestro calcaneo contremiscat^h. Vos enim estis, de quoⁱ scripta^k nostra mille iam annis elapsis mirifice cecinerunt testante propheta nostro Baalim^l: vir fortissimus regnabit in occidente, cui^m dabitur a Deo sceptrumⁿ omnium potestatum^o, cui etiam^p subiugabitur lex^q preciosissima Baltachina. Vos enim precellitis Carulum et cunctis virtutibus vincitis Alexandrum. Scriptum est enim: terra^r Egipti et Ethiopie imperio subiugabitur^q Frederici. Propter quod nos et sceptrumⁿ nostrum maiestati vestre ad omnia subiugamus dominationi vestre, lacrimabiliter conquerendo de rege crudelissimo Aragone, qui contra Deum et iusticiam crudeliter regnum nostrum invasit. Quapropter dominationi vestre nos et regnum nostrum modis omnibus commendamus, attentius exorantes, quatinus in exercitu vestrorum^s militum^t citissime nobis^u dignemini subvenire, ut terram nostram^v ad honorem vestrum a cunctis hostibus^w defendere^x valeamus.

n. 18: Antwort Kaiser Friedrichs II. (Stilüb. zu c. 1230.)

Fredericus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Scicilie rex^a Balchalim^b regi Tunisi^c gratiam suam et bonam voluntatem^d.

Gracias agimus altissimo Jesu Christo, qui corda gencium^e ad agnitionem sui nominis irradiat et illustrat et infideles ad fidem nostram^f convertit penitus et perducit. Cum itaque, sicut asseritis, ex antiquo legis vestre sermone prophetico totus mundus Romano debeat imperio subiugari et christiana debeat protectione defendi, merito debetis^g ad veram christiane fidei legem toto corde con-

17. b) invicissimo *P*; sereniss. — invict. *fehlt R* c) Bacallinus *R*
 d) Tunici *P* e) rimor(um) *P* f) *fehlt R* g) divulgantur *P*
 h) contremiscant *R* i) *fehlt R* k) scriptura *R* l) Balaam *R*
 m) ei *R* n) ceptrum *R* o) potentum *R* p) *fehlt R* q) lex —
 subiugabitur *fehlt P* r) tota *R* s) marii et st. vestrorum *P*
 t) multum *P* u) *fehlt R* v) terra *P* w) a — hostibus *fehlt R*
 x) deffendere *R* 18. a) etc. st. Romanorum — rex *R* b) Bocaliñ *R*
 c) Tunici *P* d) etc. st. et bon. vol. *R* e) fidelium *R*
 f) nostr. fidem *P* g) deberetis *P*

1) Der Herrscher von Tunis um 1230 hieß viel mehr Abu-Zacaria